



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. .4. Pacis compositio Cæsarem inter & ejus Fratrem Matthiam facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. Hungari, ut confirmatis omnibus eo-  
A. C. 1608. rum privilegiis conscientiae libertatem  
 ratam haberet. His ita compositis die  
 nona Aprilis Cardinalis Dietrichstein  
 Praga Viennam reversus nuntiavit  
 quod Rudolphus Cæsar cum Turcis  
 quidem accepta habere velit, in  
 mitiis autem Posoniensibus attentis  
 prorsus nulla esse cuperet. Ad hæc  
 Matthias Archidux id sibi integrum  
 esse respondens, subito Viennam ad Ne-  
 burgense monasterium die decima quarta  
 ejusdem Mensis secessit, a pluribus  
 Belliducibus, aliisque Proceribus præ-  
 cipue Protestantibus ibidem salutatus.  
 Interim viginti quatuor belli tormentis  
 instructus militem, quem ex omnibus  
 Austriæ locis ad arma exciverat, præ-  
 stolabatur. Vicissim Cæsar Bohemici  
 Ordines, qui eadem die conventum in  
 Bohemia celebrabant, socios etiam  
 confœderatos de auxiliis in promptu ha-  
 bendis, ac exigente necessitatis casu  
 præstandis interpellat, simulque magno  
 numero equites peditesque Pragam ad-  
 duci, & per civium domos distribu-  
 jussit, Matthiam admonens, ut a vanis  
 suis molitionibus desisteret.

## §. IV.

*Pacis compositio Cæsarem inter &  
 jus fratrem Matthiam facta.*



Summa animi lætitia Protestantes in-Sæc. XVII.  
tellexerant, ambos hosce Augustos A.C. 1608.

Fratres ceterosque Austriacos inter se  
collidi, ac propterea tum Austriacos *Piassecius*  
suæ sectæ Proceres, tum Moravos, Hun- *Chron.p.225.*  
garosque in conceptis seditionibus fo- *Carafa*  
vere sedulo conabantur, non alio ex *comm. p.40.*  
fine, nisi ut suppressa Cæsaris auctori- *Chytræ. con-*  
tate ipsi in Imperio liberi evaderent, & *tin. p.131.*  
tanto liberius Religionis suæ consortes *Merc. Gallo-*  
juvare, ceteros vero a suis bonis *belg. l. c.*  
turbare valerent. Solus tamen Saxo, *Du Mont.*  
necnon Brandeburgensis Elector vige- *tom.5. part.*  
sima secunda Aprilis die datis literis *II. pag.91.*

Matthiam amice monebant, ut ab omni  
vi abstineret, ac Cæsareæ Majestatis,  
sui ipsius, & Universæ Domus Austria-  
cæ rationem haberet, & propterea  
ostidui inducias fervaret, quibus de  
negotio utrinque amice componendo  
ageretur. Verum Matthias interea jam-  
jam cum equitum peditumque viginti  
millibus Znamum Moraviæ oppidum  
vigesima quarta ejusdem Mensis die ad-  
venit, datisque ad Circulum Bohemi-  
cum literis, ut duo ex singulis locis  
Legati Zasloviam ad Conventum die  
quarta Maji habendum convenirent,  
expeditionis suæ rationem ibidem red-  
diturus postulat, illos rogans, ut Vien-  
nensem transactionem, cujus exem-  
plum ad S. R. J. Electores transmiserat,  
T 4 auxi-

XXVII  
bus co-  
ertate  
sitis de  
ichstia  
ntiaban  
reis  
in  
tentat  
Ad hæc  
rum no  
ad Ne  
na quib  
plurim  
us præ  
lutatus  
rments  
omnibus  
at, præ  
ohemia  
ntum  
tiam  
optu ha  
tis cati  
e mag  
gam ad  
distrib  
a van  
r & c  
Ha.  
Sum



Sæc. XVII. auxilio suo promoverent: die autem  
A. C. 1608. vigesima quarta Aprilis Cæsar pacis stu-  
 diofissimus Pontificium Oratorem ne-  
 non Statuum Legatos cum multis Bo-  
 hemicis Proceribus Znamum ad Ma-  
 thiam Archiducem destinabat, quos al-  
 tera statim die Cardinalis Dietrichstein  
 ut pactis octidui induciis cum Archi-  
 duce transigeret, sequébat: vicissim  
 vero Matthias suos quoque Legatos Pra-  
 gam ad Cæsarem decernebat, ipse ta-  
 men die decima septima Maji cum octo-  
 decim millibus eo etiam contendit, ubi  
 parum abfuit, quin inter Cæsareos &  
 Hungaros Bohemicum Diadema inter-  
 cipere conantes prælium confereretur:  
 Rebus ita turbatis Protestantes a Cæ-  
 sare inter arcta prehénso, quod dudum  
 animo voverant, extorquere intenti,  
 ceteros Bohemiæ Status eo inducunt,  
 ut die vigesima tertia Maji Pragæ Con-  
 ventus haberetur, in quo Cæsari omne  
 obsequium opemque pollicebantur, ea  
 tamen lege, ut Confessio Bohemica &  
 Augustana sarta tecta conservetur, di-  
 gnitatibus Ecclesiasticis Bohemi præ-  
 ficiantur, Archiepiscopus se se civilibus  
 negotiis non immisceat, officia Eccle-  
 siastica Ministris Protestantium promit-  
 tantur, Catholicis interim, quod pos-  
 sident, retinentibus, Pontificia in causis  
 matrimonialibus dispensatio abroge-  
 tur.



tur. Sacerdotibus agros emere sine Sæc. XVII.  
 omnium Statuum licentia non permit- A. C. 1608.  
 tatur: cunctis Tempora pro utriusque  
 partis religionem profitentibus exstruere  
 liceat. Academiæ & Consistorio Pro-  
 testantes adjungantur, Officia Politica  
 utriusque Religionis Viris conferantur,  
 demum ad Cæsarem unicuique aditus pa-  
 teat, nec per Consiliarios omnia per-  
 ficiantur. Plures adhuc alias leges  
 præscripserunt Cæsari, qui etiam in  
 plerasque, præterquam quæ Religio-  
 nis negotium concernunt, nullo nego-  
 tio consensit: Religionis autem capita  
 ad conventum proximum circa Divi  
 Michaelis festivitatem celebrandum di-  
 stulit. Hæc dum interea gerebantur,  
 Matthiæ Archiducis Oratores die vige-  
 sima sexta Maji quædam concordiæ ca-  
 pita proposuere, quæ tamen cum gra-  
 viora essent, consultum videbatur Or-  
 dinibus, ut utriusque partis Legati pro-  
 pe Debritsum convenientes maturius  
 desuper deliberarent. Annuere Archi-  
 ducis Legati, qui die nona Junii ad  
 castra sua rursus profecti sunt, Orato-  
 ribus Cæsareis eo pariter contendenti-  
 bus.

§. V.

*Concordiæ articuli.*

T 5

Inte-